

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 253

**Auteur(s) :** Wigrin de Rosny [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Pontoise, Saint-Martin (abbaye, abbé)

**Genre d'acte :** autre

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1028-1079]

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Jean, abbé de Fécamp, notifie les libéralités faites par Wigrin de Rosny.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Depoin Joseph, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Martin de Pontoise publié d'après les documents inédits*, Pontoise, Publications de la Société historique du Vexin, 1895-1909, Pièces justificatives, n° I, p. 342.

## Dissertation critique

Datation d'après l'abbatiait de Jean, abbé de Fécamp ; mais J. Depoin date la première convenientia de 1001-1002.

Texte établi d'après a

Hic est prima convenientia WIGRINI quando de filio suo RICHARDO monachum fecit  
In nomine sce et individue Trinitatis. Cunctis fidelibus Catholice fidei servientibus JOHANNES abbas de Fiscano  
et omnes sui monachi, fideles orationes et peccatorum remissionem.

Notum sit omnibus vobis quod quidam homo nomine WIGRINUS cum uxore sua nomine ADELIZA, tacti respectu  
divino, venerunt ad Fiscannum et obtulerunt unum filium suum super altare Sce Trinitatis, et medietatem terre que  
dicitur Bussi, tali scilicet tenore ut unum arpentum, et hortum, et domum suam in beneficio de Fiscannensi abbatie  
teneant. Homines vero qui intra silvam mansiones habebunt, cum omnibus suis costumis, ex integro et sine parte,  
ad Scam Trinitatem pertinebunt. Habitatio vero totius terre erit in Sce Trinitatis potestate. Prepositus vero in hac  
terra non erit, nisi quem Abbas Fiscannensis constituerit.

Hic prepositus extra silvam habitantium omnes costumas accipiet, et inter abbatem et Wigrinum equali mensura  
dividet. Duas etiam piscarias juxta Rodeni in Sequana ex integro et sine parte Wigrinus et conjux sua Sce  
Trinitati dederunt pro salute et redemptione animarum suarum. Hujus conventionis et donationis testes ex parte Sce  
Trinitatis fuere : Abbas GIRBERTUS. Benedictus monachus. Rogerius, Hugo m. WILLELMUS bu. ROTBERTUS  
vicecomes. Hilduinus mo. HUGO cam. Walterius Siflet. AUDIOENUS cubicularius. HUGO filius ejus. Teodericus.  
Rannulfus. Osbernus. Berardus. Stephanus. Rotbertus Grosin. Et ex parte illorum WIGRINUS †. OSMUNDUS.  
Hec est secunda convenientia WIGRINI quando ipse factus est monachus.

Dono ego WIGRINUS partem decime quam habebam in Blareia Sce et Individue Trinitati in loco qui appellatur  
Fiscannus. Dono etiam eidem ecclesie unum arpentum terre in Busseio et unum pomerium.

Nos filii ejus HUBERTUS et WARINUS concedimus.

Ego conjux illius ADELIZA concedo.

Signum WIGRINI †.

Signum † conjugis.

Signum † GUARINI.

Signum † HUBERTI.

Testes ex parte Sce Trinitatis : AUDOENUS. HUGO. ROGERIUS filius BONE CAUSE. Ingelbertus. Osmundus.

Arturus.